



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 859. Usque Ad Annum 887

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117875

§. 53. Normanni in Anglia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66112](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66112)

peccet nec ne; illud tamen luculenter videmus, quam fidem de Evcharistia Theodorus tenuerit. Sæculum IX.
A. C. 870.

Inter opera Theodori Abucaræ refertur ampla Epistola Dogmatica, a Thoma Patriarcha Jerosolymitano ad Hæreticos Armeniæ missa. Hanc Theodorus Arabice dictavit, & Michael Presbyter Syncellus in Græcum transtulit. Continet vero Doctrinam de Incarnatione, atque Concilium Chalcedonense defendit. Ceterum si hæc Epistola opus est illius Theodori, qui Synodo VIII. interfuit, ad ultimam usque senectutem pervenerit necesse est, nam Thomas Patriarcha Jerosolymitanus annis prope quinquaginta, priusquam octava Synodus celebraretur, fatis functus est. c. 4.

Sup. Lib.
XLV. §. 56.

§. LIII.

Normanni in Anglia.

Inter hæc Normanni, seu Dani, Angliam barbaramente depopulabantur. Hi quidem jam regnante Rege Ethelulfo in illa Insula grassari cœperant, succedentibus vero tribus ejus filiis Ethelbaldo, Ethelberto, & Ethelredo, cum regnum pæne sine custode esset, anno octingentesimo sexagesimo septimo in Angliam Orientalem appulsi, inde in Northumbriam penetrarunt, & capto Eboraco Wil. Mal-
mesb. p. 42.

Ingulf. p. 863

Sæculum IX. raso totam illam vastarunt provinciam.
 A. C. 870. Præter alia Monasterium Bardenejense,

Math. West.
an. 870.

omnibus Monachis in Ecclesia interfectis, subverterunt. Anno octingentesimo septuagesimo, cum iterum pluribus quam antea copiis, ducentibus aliquot Principibus, quorum præcipui *Unguar* & *Hubba* fuere, irrupissent, totamque regionem sui nominis terrore implessent, Ebba Monasterii Collinghamensis Abbatissa, collectis in Capitulo suis Monialibus, *Sorores dilectissimæ*, inquit, *si mihi obsequi vultis, ostendam modum, qui vos a Barbarorum petulantia tutas præstabit.* Cunctis obedientiam pollicitantibus, Abbatissa arrepta novacula nares & labrum superius, ita ut dentes conspicerentur, sibi ipsi præcidit. Matris exemplum secutæ sunt Sorores omnes, & altera die irruentes Normanni, cum horridos foeminarum vultus non ferrent, libidine in rabiem versa Monasterium unacum inclusis Sororibus concremarunt.

Sup. lib.
XXXVIII.
§. 19.

In eadem expeditione Normanni alia quoque celebrata illius oræ monasteria destruxerunt, nempe Lindisfarnense, in quo erat Sedes Episcopalis, ut superius retulimus, Tynemutense, Jaroviense, & Virmutense, quæ Beda reddiderat celeberrima. Item Monasteria
 foemi-

foeminarum Streneshalense & Æliense, Sæculum IX.
 occisis omnibus Sororibus, vastarunt. A. C. 870.
 Tandem Edmundus Rex Angliæ Orientalis a Barbaris captus, arbori alligatur, *Mart. Rom.*
 sagittis trajicitur, & capite truncatur die *20. Nov.*
 vigesima Novembris, qua eum Ecclesia
 Martyrem veneratur.

§. XLIV.

Monasterii Crulandensis everfio.

Theodorus Abbas ab annis sexaginta
 duobus Monasterium Crulandense *Ingulf. p. 868.*
 in regione Merciorum regens, cum funestæ stragis nuncium fuisset allatum, fufas esse copias, quæ Normannos a patria arcere debuissent, retentis secum senibus & infantibus, quippe imbellem eorum ætatem tutam credebat a paganorum crudelitate, robustiores dimisit, jussitque, ut Reliquias, videlicet corpus S. Guthlaci, ejus flagellum & psalterium, cimelia & chartas Monasterii auferrent, seque ipsos in proxima silva occultarent, ubi expectarent belli eventum. Igitur triginta numero Monachi, quorum decem erant Presbyteri, cum res memoratas rati imposuissent, fugerunt. Vasa sacra in fontem Claustris conjecta, & tabula majoris Altaris aureis laminis contecta, Regis Vitlasi donum, defossa est. Ceterum fugitivi quatri-